



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, biß zum völligen Schluß des ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover ; Tübingen, 1737

N.III. Supplementum dazu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51734)

1650.
Mart.

munimenti retentione, Pax Imperii tanta rerum jactura conventa, denuo turbari possit.

1650
Mart.

Hac Ordinum Constantia effectum tandem, ut Sueci Gallique nuperime mutua cum Legatis Cæsareanis pactione sponponderint, omnia loca bello occupata iis, ad quos pertinent, bona fide se cessuros, militesque ex terris Imperii deducturos, quam primum vel Franckendalia restituendæ dies certa constitueretur, vel re nondum expedita, Castrum Ehnbreitstein Rheno ad Confluentes Mosellæ imminens, in manus sequestratorias Domini Electoris Moguntini interea traderetur; Quæ quidem Sequestratio eo tantum fine proposita fuit, ut ad Majestatis Vestræ æquanimitatem commodius confugiendi nobis spatium longius ac serius esset.

Non inficiamur, Cæsaream Majestatem gravibus sane argumentis motam, hætenus in hujusmodi Sequestrum consentire noluisse: At vero res hæc in eum devenit statum, ut in manu & potestate Vestræ Majestatis situm esse ingenue profiteamur, quietem ac tranquillitatem Sacro Romano Imperio effectum dare, ac tam diuturnis malis Germaniam liberare, invidiam odiumque omne, quod ex longiori retentione hujus loci in Sacratissimum nostrum Imperatorem, quamvis immerito, redundare possit, è medio tollere.

Rogamus igitur ea qua decet Reverentia & humilitate, Vestram Majestatem, ut Principalium nostrorum Omniumque Imperii Ordinum Votis benevole annuere dignetur, mandataque Suis Militiæ Præfectis quamprimum transmittat, quibus Præsidium illud Franckendalense deducere, Oppidumque Domino Electori Palatino restituere jubeantur; Merebitur hac benignitate apud Universos Germaniæ Ordines Pacis Germaniæ Instauratoris egregium & gloriosum Nomen, Nostrosque Principales ad perpetua gratitudinis officia quacunque rerum occasione devinctos ac promptos habebit. Deus Ter Optimus Maximus Majestatem Vestram divina sua protectione quam diutissime servet incolumem & omni prosperitate florentissimum. Datum Norinbergæ, Martii 1650.

Regiæ Majestati Hispania

ab

Electorum Legatis Norimb.
presentibus.

N. III.

Supplement über das an Spanien von dem Churfürstlichen Collegio wegen der Franckenthalischen Enträumung gethane Schreiben.

In §. ad aures Vestræ Majestatis post verba: non minus necessariam; ponatur verbum: quam &c.

In §. Memoria tenent &c. post verba: Leges à triumphantibus &c. deleantur verba: quam Vestrum &c. & ponatur: quæquæ versum &c.

In §. Non tamen ea &c. pro verbo: manus &c. ponatur: mens.

In §. Quod igitur Franckendalia &c. post verb. Comitum de Haro &c. ponatur: Oratori Cæsareo &c.

In §. Hac Ordinum &c. post verbum: Constantiæ &c. ponatur: effectum &c. Et paulo post verb. Mosellæ imminens &c. ponatur: in manus sequestratorias Domini Electoris Moguntini interea &c.

In eodem §. post: Consentire noluisse &c. ponatur, pro verbo: Ut &c. At vero &c.

N. IV.